

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus ascetico-theologicus de conscientia erronea - Cod. Ettenheim-Münster 75

Cartier, Jean-Baptiste

[S.l.], 1733

Articulus 1

[urn:nbn:de:bsz:31-108631](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108631)

23

Capitulum
de
Conscientia proba-
bili.

Huius capituli Argumentum ut longe difficillimum,
ita et summi momenti esse dignoscitur. est enim universalissi-
ma regula circa omnes practicas conclusiones. Quia
vero iam pridem plures doctores praesentem materiam, sicut
ac praecise pertractarunt, ideo in ea siluandam passi-
erimus, moderata tamen, ne nimia breuitas obscuritatem
pariat. hoc autem caput claritatis gratia in varios
diuisimus articulos. sit igitur

Articulus primus.

Quid et quoduplex sit opinio!

Veluti fundamentum eorum, quae dicenda sunt, in hoc
capite ~~praemittenda~~ ^{praemittenda} est vera notio atque varia
diuisio opinionis, quae est subiectum totius controversiae.
Itaque opinio in genere nil aliud est, nisi assensus alteri-
us contradictionis parti praestitum, seu inueniens, et
infirmus, adeoque vel coniunctus actu, vel saltem se se
coniungibilis cum formidine oppositi.

Diuisitur autem opinio in probabilem et non prob-
abilem, seu improbabilem. Prior est, quae nititur moti-
u gravi; Posterior vero est, quae leui ratione fulcitur.

Opinionem probabilem subdividunt Recentiores in proba-
lem absolute, et in probabilem comparative seu theologicam.
illa est quae nititur motiui per se gravi praesponderando tamen,
atque sit per rationes contrarias enervatum, nec ne. haec vero
est, cuius motiui adeo grave est, ut signum sit nisi pau-
sentis assensu etiam tunc, quando comparatur cum
opposita sententiae momentis ^{aut} ^{seu} rationibus. haec tamen
subdiuisio analogica potius est, quam univoca, cum
opinio solum absolute probabilis, non autem comparative
quod non sit opinio probabilis simpliciter, nisi dicere
velimus, multas propositiones etiam manifeste haereticas
esse simpliciter probabiles, quod tamen a communi sensu,
et modo loquenti salve abhorret. Unde cum opinio

Probabilis simpliciter dicitur esse illa, quae nititur
motivo gravi, seu magni momenti; intelligitur motivum
gravi non absolute tantum, sed etiam comparative.

Dividitur 2.^o in certo et probabiliter tantum probabilem, illa est sulta motivo de cuius gravitate liquet
et certo constat, ista vero nititur motivo, de cuius gravi-
tate certo non constat.

Dividitur 3.^o in magis, minus et aequaliter probabilem.
Magis probabilis est, quae motivi sui sollicitate vincit
opinionem sibi oppositam; minus probabilis est, quae quoad
motivi sui sollicitatem superatur à sententia opposita.
aequaliter veniq; probabilis est, quae motivi sui sollicitate
aequat opinionem sibi oppositam.

Dividitur quarto, in in- et extrinsece probabilem.
illa est, quam suadet ratio gravis; haec vero est quae nititur
auctoritate vel testimonio gravium et fide dignorum
hominum.

Dividitur 5.^o in speculative et practice probabilem.
Illa est, quae nititur rationabili motivo de veritate
obiecti abstrahendo ab omnibus circumstantiis; haec vero
est, quae habet rationale seu grave motivum pro honestate
actus consideratis omnibus circumstantiis hic et nunc exer-
cendis. Et haec divisiones bene notanda sunt, enim vero earum
sem notitia, ac ea, quae dicturi sumus, apprime est
necessaria.

Articulus 2.^{us}

Præmittuntur aliqua notanda ad probabilem.

quod ex hac alteri proficere potest
quod an hanc nos semper oportet amplecti?

Prænotandum est, an licetum sit sequi sententiam
probabilem relicta probabiliori tunc quaedam
prænotanda sunt. Igitur

Prænotandum est 1.^o, quando indagatur, an liceat
sequi sententiam probabilem relicta probabiliori.
non esse sermonem
non est sermo de sequela speculativa, sed de practica;
constat enim, quod in scholis exercitationis gratia,
probit defendi qualibet sententia etiam ad mores